uertam [illegible] uel mortem necessi-
tatem. An conceptionis quidem habere fata
que in nascendo habere non potuerunt. Uel
quod dicunt, si hora conceptionalis in-
ueniatur, multa ab istis dici posse diuini-
us. Unde etiam illud a nonnullis predica-
tur, quod quidam sapiens horam elegit
qua cum uxore concumberet, unde filium
mirabilem gigneret. Unde postremo et
hoc est, quod de illis pariter egrotantibus
geminis possidonius magnus astrologus
idemque philosophus respondebat, ideo
fieri, quod eodem tempore fuissent nati, eodem
concepti. Nam utique propter hoc addebat con-
ceptionem, ne diceretur ei non ad liquidum eo-
dem tempore fuisse conceptos, ut hoc quod
similiter simulque egrotabant non daret de
proximo pari corporis temperamento, sed
eandem quoque ualitudinis parilitatem side-
reis nexibus alligaret. Si ergo in conceptu
tanta uis est ad equalitatem fatorum, non de-
buerunt nascendo eadem fata mutari. Aut
si propterea mutantur fata geminorum, quia
temporibus diuersis nascuntur, cur non
potius intelligamus iam fuisse mutata, ut

1

https://library.leeds.ac.uk/info/1504/using_collections/75/publishing_and_reusing_our_material – Nowhere, Experimental Collection, MS Ripon Cathedral Fragments/29, 101b: 1v – Alexander-de-Hales, Summa fratris Alexandri (NKY) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-aera/4841/47528)